e-codices

hic et dic m̄ quid cogites. Petrus
dixit. Iube m̄ afferre panē orde-
aciū et occulte dari. Cumq; hoc iussū
fuisset occulte dari petro. Petrus
dixit. Dicat nūc symon qd̄ cogitatū
quid dictū quidue sit factū. Nero
dixit. Vis ergo ut credam quia hec
symon ignorat. Nam quomodo
ignorat. qui se mortuū suscitauit.
et semetipm post diem tercium re-
presentauit. et quicquid dixit ut faceret
fecit. Petrus dixit. Sed coram me non
fecit. Nero dixit. Sed et me astante
hec oīa fecit. Nam et angelos ad se
iussit venire de celo et venerunt.
Petrus dixit. Ergo si qd̄ maximū est
fecit. quare qd̄ minimū est non facit.
Dicat quid cogitauerim. Nero dixit.
Quid dicis symon. Ego me int̄ vos
nō conuenio. Symon dixit. Petrus
dicat quid cogitem. dicat quid cogi-
tauerim. aut quid fecerim. Petrus
dixit. Quid cogitet symon me scire
docebo. dū dixerim quid cogitauit.
Symon dixit. Hoc scias bone imperator
quia cogitationes hominū nemo
nouit nisi unus deus. Ceterū petrus
mentitur. Petrus dixit. Tu vero qui
filiū dei te ēē dicis. dic quid cogitem.
quid fecerim modo in occulto. si potes
exprime. Petrus aūt benedixerat
panē ordeaciū quē acceperat et frege-
rat. et in dextera atq; sinistra mani-
ca sua colligauerat. Tunc symon
indignatus quod dicere nō possit secretū
apl̄i. exclamauit dicens. Procedant
canes magni et deuorent eū in con-
spectu cesaris. Et subito apparuerūt
canes mire magnitudinis. et im-
petū fecerūt in petrū. Petrus vero
extendens manus in oratione. ostendit
canibus eū quē benedixerat panem.
Quē cū viderant canes. subito nusquam
comparuerūt. Tūc petrus dixit ad ne-
ronē. Ecce ostendi tibi certissime
quid cogitauerit symon nō verbis
sed factis. Nā qui angelos cōtra me
promiserat ēē venturos canes exhi-
buit. ut se ostenderet nō diuinos an-
gelos sed caninos habere. Tunc

nero ad symonē dixit. Quid est
symon. Puto victi sumus. Symon
dixit. Hic et in iudea et in tota pale-
stina et cesarea ista m̄ fecit. Et sepe
mecū certando ideo didicit quia hoc
ei erat cōtrariū. me ergo ut euaderet
didicit. Nam cogitationes hominū
nemo nouit nisi deus. Tunc petrus
ad symonē dixit. Certe te deum ēē
mentiris. Quare ergo nō manifestas
cogitationes singulorū. Tūc quisque
nero ad paulū sic ait. Tu quare nichil
dicis paule. Paulus respondit. Hoc scias
cesar. quia si dimiseris istū magū
tanta agere. magnū malū patrie
tue accrescet. et regnū tuū a statu
suo decidet. Nero symoni dixit. Quid
dicis tu symon. Symon dixit. Ego
nisi me apud te demostrauero deum
ēē nemo m̄ venerationem debitam
exhibebit. Nero dixit. Et quid modo
moraris. et nō ostendis te deum esse
ut isti puniantur. Symon dixit. Iube
m̄ turrim altā fabricare ex lignis
et ascendā super ea. ibi vocabo angelos
meos et precipiā eis ut cunctis videntibus
in celū me pferat ad prem meum.
Quod isti dū facere non potuerint
probabis eos hoīes ēē imperitos. Nero
aūt petro dixit. Audisti petre quid
symon dixit. Ex hoc apparebit quantā
virtutē habeat et ipse et deus tuus.
Petrus dixit. Optime imperator si
velles poteras intelligere quia hic
symon demonio plenus est. Nero
dixit. Quid m̄ vestrū ambages cir-
cuitus facitis. crastinus vos probabit
dies. Symon dixit. Credis bone im-
perator me magū ēē cum mortuus
fuero et resurrexerim. Egerat
enim perfidus symon prestigio suo ut diceret
neroni. Iube me decollari in obscuro
loco et ibidem dimitti occisū. Et si
nō tercia die resurrexero scias me
magū fuisse. Si aūt resurrexero. scias
me esse filiū dei. Cumq; hoc fieri iu-
ssisset nero in obscuro egit symon
arte magica ut aries decollaretur.
Qui aries tā diu visus est quā diu
decollaretur. Decollatus aūt in obscuro
loco cum scrutatus fuisset is qui

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 53r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/it/vad/0070/53r)